Circa tertium sic proceditur. Videtur quod angelus non meruerit suam beatitudinem. Quod non est beatum, perfectum est: quod autem meretur, est adhuc imperfectum: sed non potest idem esse simul perfectum & imperfectum. ergo non potest angelus mereri beatitudinem, dum habet eam.

T.2 Pra. Angelus beatus est cōprehensor nullus auctiū meretur, nisi uiator. Si dicatur, quod in primo instanti quo beatus fuit angelus, beatitu- linem meruit. Contra, ergo simul fuit uiator & comprehensor, quod falsum est, cum hoc sit solus Christi.

T.3 Pr. Beatitudo, secundum Philosophum, in actu confusa, sed in actu perfecto: & similiter meritum in actu, sed imperfecto: non autem potuit esse quod actu angelii simul esset perfectus & imperfectus. ergo non potuit esse, quod simul esset beatus & beatitudinem meruerit.

SED CONTRA. Beatitudo a nulla pura creatura habetur sine merito, cum habet primum rationem; sed angelus non potuit eam mereri, nisi in primo instanti, quo beatus fuit, quia ante non habuit gratiam, ut quidam ponunt, & sic mereris non potuit. ergo in primo instanti sua beatitudinis eam eruit.

RESPON. Dicendum, quod de conditione angelii tripliciter est positio. Quidam cum posuerint quod angelus in primo instanti sua creationis fuit beatus; sed hoc videatur inconveniens, quia parvate alij a primo instanti fuisse miseri, quod etiam quidam dicunt, sed absurdum est, & condemnatum. Alij vero dicunt, quod fuerunt conditi in gratia omnes & in ea quidam perseverantes beatitudinem meruerunt alij vero contra eam agentes, facti sunt miseri, & hec opinio nihil difficultatibus, unde pre careris mihi magis placet. Tertij vero dicunt, quod fuerunt creati angelii in puris naturalibus, & quibusdam conuerterunt ad verbum simul collata est gratia & beatitudo: & hi diuidantur in tres vias. Quidam enim dicunt, quod numquam beatitudinem meruerunt: sed hoc non uidetur copere nisi soli Christo, qui est filius naturalis, ut hereditate diuinae fruitionis sine merito habeat. Alij vero dicunt, quod merentur eam ex operibus, quae circa nos agunt: & hoc est non videtur conueniens, ut meritum sequatur primum, cum magis meritum sit dispositio ad primum. Tertij vero dicunt quod

A in primo instanti beatitudine meruerunt ex hoc ipso, quod ad verbum couersi sunt: & haec opinio inter has tres probabilius est. Vnde ad eius uidentiam sciendum est, quod meritum se haber ad premium, sicut motus ad terminum, & sicut fieri ad factum esse. In his autem quae successione sunt, prius est fieri quam factum esse. In his vero quae sunt, prius est fieri & factum esse, sicut simul acer iluminator, & illuminatus est, & simul res creatur, & creata est. Cuius ratio est, quia instantis illud in quo primo aliquid factum est, est terminus temporis precedentis, in quo non erat: & sic aliqd de aliis quapropter illi temporis retinet in quantum potest dici quod ante hoc in factus res illa non fuit. Et quaevis in his quae per modum successuum sunt, fieri attribuitur tempori praecedenti, in momentaneis tamen factioribus fieri non potest attribui, nisi ipsi instanti primo, quod dicitur inter esse & non esse rei. Vnde quaevis in omnibus alijs instantibus sequentibus possit dici, quod hoc factum non est, non tamen potest dici quod fiat & factum est nisi est in primo. Similiter dico quod in primo instanti, quo mens angelica conuerta est ad uerbi fruitionem, & beata quidem erat ratione perfectione fruitionis, qualis in facto esse existens, beatitudinem merebatur in hoc, quod conuertebarat ad verbū, non preexistente beatitudinis perfectione, sed quae si existens in ipso fieri beatitudinis sed postmodum mēs angelii est tamen beata, & non beatitudinem merebatur. Similiter est de contritione, quia in eodem instanti est terminus preparationis ad gratiam, & gratiae infusio.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod non oportet ponere idem simul esse perfectum & imperfectum: sed idem simul esse perfectum & terminum imperfectionis, vel nunc primo esse perfectum.

AD SECUNDUM dicendum, quod angelus meretur ut uiator, non quasi distans a termino, sed ut in termino uise existens.

AD TERTIVM dicendum sicut ad primum.

ARTICVLVS IX.

Vtrum angelus moueatur in instanti.

A **AD QUARTVM** sic proceditur. Videtur quod angelus mouatur in instanti. Sicut n. d. in i. p. 1837. q. 4. de intelligentijs, in motu angelii magnitudo spaci, distantiam non operatur: sed propter distantiam quae facit magnitudo spaci, contingit quod aliqd non eam citro puerat ad propinquū & distans, ergo angelus a quo citro distans & propinquū puerat, sed oī rale mouet in instanti. ergo angelus in instanti mouet.

T.2 Pra. Sicut se habet mobile diuisibile ad motu diuisibile successuum, ita se habet mobile diuisibile ad motu diuisibilem & instantaneum: sed corpore aliqd est mobile diuisibile mouet successu ī tempore diuisibili. ergo angelus q. nō est mobile diuisibile ex hoc quod caret instanti, mouet subito, uel ī instanti.

T.3 Pr. Arist. 4. Physi. probat, quod si aliquid moueretur in vacuo, moueretur in instanti pp hoc, quod medium mobilis non resistit: sed sicut vacuu non resistit corpori in motu, ita nec aliquid plenum ipsi angelis ergo angelus mouetur in instanti.

SED CONTRA est, quod dicit Aug. 3. Super Gen.

ad literam, quod Deus mouet creaturam spiritua-

lem per tempus: angelus autem est creatura spiri-

tualis, ergo mouetur per tempus, & non in instanti.

RESPON. Dicendum, quod in omni motu opor-

tex.com.7.

tet

Q VODLIBET. IX. ART. X.

Text. c. 64.

tet intelligere successionem, & tempus per aliquā modum, eo quod termini cuiuslibet motus sunt sibi oppositi inuicem & incontingentes, ut patet in i. phys. Vnde oportet quod omne mobile intelligatur esse primum in uno termino motus, & posterius in altero, & sic sequitur successio, sed trāsire de uno termino ad alterum ī motibus corporalibus contingit dupliciter. Uno modo, sicut de instanti in instanti, hoc autem esse non potest, nisi quando sunt tales termini motus, inter quos est accipere aliquo modo medium, sicut inter duo instantia est tempus medium, ut patet in loci mutatione, & alteratione, augmento, aut diminutione, & hī motus dicuntur continui propter continuatatem eius super quod transit motus, cuius est plus & minus accipere. Alio modo, transitus de uno termino motus in aliū, sicut de tempore in instanti, & hoc accidit in motibus, quorum termini sunt priuatio & forma, inter qua constat medium non esse: unde nō potest sic transiri de uno extremo in alterum, ut quandoque in neutro extremon sit, sicut transiit de instanti in instanti, ita quod in neutro est instantium: sed in medio tempore, & huiusmodi, motus sunt generatio, & corruptio, & illuminatio, & huiusmodi, in quib. oportet dicere, quod unus terminus erat in toto tempore praecedente, & alias in instanti ad quod tēpus terminatur: huiusmodi autem mutationes sunt termini motus cuiusdam, sicut illuminatio diei est terminus motus localis soli, unde in toto tempore praecedente, quo sol mouetur ad punctū directe oppositionis, erant tenebrae: in ipso vero instanti quo peruenit ad punctū p̄dictū, est lumen: & similiter est de generatione & corruptione, que sunt termini alterationis. Et quia inter tempus & instantias non cadit aliquid medium, nec est aliquid instantis accipere immediate praecedens dūlimum temporis, inde est, quod in hī mutationibus absque omni medio transitus de uno extremo in aliū, nec est accipere ultimum tempus in quo fuerit in termino a quo, sed ultimum tempus quod terminatur ad instanti, in quo est in termino ad quem, & ideo huiusmodi mutationes instantiae dicuntur. Hoc autem dicit nō potest in motu angelī, eo quod nullum ordinem habet ad aliquem motum continuum, ut possit dici terminus eius, unde oportet ponere quod intelligatur transire de termino motus in terminum motus, sicut transitus de instanti in instanti, & non sicut transitus de tempore in instanti, eo quod tempus non potest intelligi sine motu: unde cum esse angelī in termino a quo a nullo motu dep̄det, nō potest dici quod sit ibi in tempore, sed in quodā nunc, & similiter ī termino ad quem ēi alio nūc: sed huiusmodi nunc non sunt termini huiusmodi temporis, quod ēi numerus motus celī, eo qđ motus angelī nullo mō dep̄det a motu celī, ut eius numero mensuretur: nec oportet ea cōtinueri per medium tempus. Continuitas enim temporis sequitur continuatatem motus, & continuatā motus sequit cōtinuitatē magnitudinis sup qđ trāsīt motus, ut hēetur ī 4. Phys. sed ī ipsis operationib. Text. c. 69.

D744.

angelī, rōne quartū dī moueri p̄ diversa loca, nō ē inuenire alij cōtinuitatē, sed cōfē querer se hēnt, usi & nūc qđ mēsurā motum angelī sūt cōsequēter se hēntia, & nō est inter ea alij cōtinuās, & ipsa pluralitas sic se cōsequētiū est qđdā tēpus, in quo dicimus angelū moueri, & hoc cōsonat dicti phil. ubi dicit, qđ eiusdē rōnis est indiuisibile mo

ueri, & tempus componi ex nunc.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non requiriunt tempus in motu angelī propter distantiā, sed propter incontinentiam terminorum, quia si non contingit angelum esse in duob. locis simul.

AD SECUNDVM Dicendum, quod successio motus non solum sequitur divisionem mobilis, sed etiam eius, super quod transit motus: quia secundū prius & posterius in magnitudine est prius & posterius in motu, ut dicitur in 4. Phys. Licet ergo angelus sit indiuisibilis, tamen loca, secundum quod mo ueri dī, sunt diuisa ad inuicem: ideo oportet in motu eius intelligi aliquam divisionem.

AD TERTIUM Dicendum, quod quamvis non impedit aliquod plenum angelum in suo motu, tamē propter rationem iam dictam, oportet in motu eius intelligi diuersa nūc: ratiō autem Philosophi est magis ducens ad impossibile quā ostendit, ut Commentator ibidem dicit.

ARTICVLVS X.

Vtrum angelī possint agere in hac corpora inferiora:

Circa quintū sic proceditur. Videntur, quod angelī non possint agere in hac corpora inferiora. Actio enim non potest nisi inter ea quae habent aliquam cōuenientiam adiuicem: sed angelus nō habet cōuenientiam cum illis corporibus, cum corruptibiliū & incorruptibiliū cūiam genus non sit vnum, ut dī in 10. metra. ergo angelī in hac corpora non possunt agere.

¶ 2 Præ. Si agunt angelī in hac corpora, aut agunt imperium, aut per influxum. Si per imperium, aquiliter possunt in propinquā, & in distantiā, qđ est contra Damā, qui dicit, quod vbi operantur ibi sunt. Si vero per influxū, oportet quod illud quod influit per medium transeat: medium autem corporale non est receptuum spirituālis impressionis. ergo nullo modo possunt angelī agere in hac inferiora corpora neque in animas nostras.

¶ 3 Præ. Non possunt dici agere, vel influere, sicut fons influit ī rōto, ut idem numero quod prius est in angelō, post modum in his inferioribus fiat, qđ sic in agendo aliquid amitteret: nec iterum illud quod in his inferioribus recipi dī per eorum influxum creando, quia angelī creatorēs non sunt: nec iterum educendo de potentia ī actū, quia ad hoc natura sufficit. ergo angelī nullo modo in inferiora agunt.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in 3. de Trin. quod ea quae diuinus in corporalibus sunt, ministerio angelorum sunt. Greg. etiam dicit in 4. dial. quod omnia corporalia per spirituales substantias administrantur.

RESPON. Dicendum, quod de actione angelorū in hac inferiora corpora duplex est opinio apud philosophos. Commentator. n. vult ī 10. metra, quod substantiæ spirituales non possunt ī primis in hac inferiora corpora, nisi medianis corporib. celestibus, qđ a substantiis incorporeis mouētur, secundum philosophos. Aut. vero vult ī sua meta. & 16. de naturalibus, qđ duplicitate imprimunt in hac inferiora. Vno modo, per motū orbium: & alio modo per imperium immediate, qđ formā intellectus eorum sunt factiū secundum eum, & materia sensibilis obedit eorum conceptionib. plusqā ḡbusilit̄ qualitatibus actiūs & passiūs: & exinde est ī eum quod in istis inferioribus sunt aliqua transmutationes

D.123. mutationes quandoque ex conceptionibus superiorum substantiarum praeter totum ordinem causarum naturalium. Sed haec opinio secunda repugnat dictis Aug. in 3. de tri. ubi dicitur quod angelis non servit ad nutum materia corporalis. Repugnat etiam rationi, quia quamvis quod est potentia in materia sit actu in substantiis, multo nobis illius tamen materia corporalis non est proportionata potentia reipetitum talis actus, quo substantiae spirituales in actu sunt. Oportet autem agens quod educit de potentia in actu, esse materie proportionatum: unde non potest quod uirtus substantiae spiritualis creata se extendat ad materię transmutationem immediate, sed mediante aliquo agente naturali. Quamvis nec non obediatur corporalis materia ad formalem transmutationem, immediate tamen obediatur localiter ad motum localem, & per hanc uirtutem possunt congregare & circu ponere aliqua agètia naturalia ad aliquem effectum perficiendum. Ea uero ad que nulla uirtus naturalis se extendit, sunt sola diuina uirtute, qua sola potest naturalem ordinem immutare: sed quia mentes nostrae sunt proportionatae & propinqua ad recipiendum actionem angelorum, ideo in metis nostras agere possunt dupliciter. Vno modo, confortando intellectum nostrum, sicut in corporalibus, minus calidum confortatur per magis calidum. Alio modo, per agens naturale ipsius intellectus, sicut etiam agit in corpora, & hoc est in quantum lumine angelico illustrantur phantasma ad aliquas nobiliores conceptiones imprimendas, q[uod] lumine intellectus agentis exprimendi possent.

D.126. AD PRIMUM dicendum, quod angelii habent convenientiam cum ipsis inferiorib[us] corporibus, que est convenientia mouentis ad motu: posse sunt in mouere motu locali corpora, non solum in la cœlestia immediate, sed et hec in inferiora, ut sic sententia nostra de actione angelorum in corpora, sit media inter duas opiniones philosophorum predictarum.

AD SECUNDUM dicendum, q[uod] angelus agit in hac corpora mouendo ea localiter per imperium: sed imperium non dicitur hic sine uirtute activa, quam oportet aliquo modo contingere corpus motum, cum mouens, & motum oporteat esse simul, ut probatur in 7. Physi. Actio uero qua inservire dicitur in anima nostram, confortando eam ad intelligentiam, non oportet quod transferatur per medium corporale, quia hoc facit in spiritualibus ordo, quod in corporalibus fit, secundum Aug. Animus uero nostrus ordine naturalis, quasi continguit ipsis angelis, sicut angelus inferior superiori, unde non oportet quod inferueniat medium corporale.

AD TERTIUM dicendum, q[uod] angelii neque in anima, neque in natura corporali aliquid creant, sed solum educunt de potentia in actu, & quamvis naturale agens de potentia in actu educere possit, non tamen ita perfecte, sicut angelus.

QVODLIBET. X. ART. XI.

D.127. DE INDE queritur de his, quæ pertinent ad homines:
 ¶ Primo, Quantum ad naturam.
 ¶ Secundo, Quantum ad gratiam.
 ¶ Tertio, Quantum ad culpam.
 ¶ Quarto, Quantum ad gloriam.
 ¶ Quintum ad naturam queruntur duo.
 ¶ Primo, Vtrum vegetabilis & sensibilis anima sit

A creatione.

¶ Secundo, Vtrum imperare sit actus voluntatis, uel rationis.

ARTICVLVS XI.

Vtrum anima vegetabilis, & sensibilis educantur in esse per creationem.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod anima vegetabilis & sensibilis educantur in esse per creationem. Vt n. dicit Aug. in lib. de uera religione. Substantia uiuens naturæ ordine presertim substantia non uiuenti: sed anima vegetabilis & vegetabilis sunt substantiae uiuentes. ergo sunt nobiliores omnibus substantiis non uiuentibus: aliquæ autem substantias non uiuētes sunt immediate a Deo creatæ, ut elementa huius mundi. ergo & anima sensibilis, & vegetabilis immediate a Deo creantur, cu[m] nobilitas facientis demonstrat nobilitatem facti. ¶ 2. Præt. Os cui propriæ competit fieri, uel sit ex nihilo, uel sit ex aliquo: sed ait vegetabili, uel sensibili competit propriæ fieri. ergo cum non sit ex aliquo, quia non habent materiam partem sui, relinquitur quod sicut ex nihilo, & sic exicit inesse per creationem. Probatio media. Omne quod propriæ habet esse, si non semper fuit, propriæ dicitur fieri: sed anima sensibilis propriæ & uere habet esse, cu[m] sit substantia operans, mouet enim corpus, nihil autem habet propriam operationem nisi quod habet propriæ esse. ergo cum anima sensibilis huius aialis non semper fuerit, propriæ competit ei fieri, & sic restat quod creetur.

SED CONTRA est, quod philo. dicit in 2. de anima, quod sensitui prima mutatio fit a generante. Prima autem mutatio sensitui est secundum quam acquirit actu primum, qui est anima sensitiva. ergo fieri per generationem, & non per creationem.

¶ 2. Præt. Omne illud quod procedit in feminino minus ante introductionem animæ rationalis, est per generationem, & non per creationem: sed anima vegetabilis & sensibilis procedunt in feminino hominis, quia primum est uitium quam animal, & animal quod homo, secundum Philosophum 16. de animalibus. ergo etiam in homine est anima sensibilis & vegetabilis per generationem.

¶ 3. Præt. Cum Deus in instanti operetur, natura vero successivæ, omne illud quod per actionem successivæ exiit in esse, est ab aliquo agente naturali: sed anima sensibilis & vegetabilis producuntur aitione successivæ, quia determinato spatio temporis vivificatur conceptus, & sensitivatur. ergo anima sensitibilis & vegetabilis sunt a naturali agente & non per creationem.

RESPON. Dicendum, q[uod] circa hæc questionem est duplex opinio. Quidam enim dicunt animam sensitibilem & vegetabilem esse ex creatione. Alii uero ex traduceb[us] hæc diversitas apud phil. inueniuntur non solum de ipsis animabus, sed etiam de omnibus formis substantialibus. Quidam n. vt Plato & Averroë, posuerunt omnes formas ab extrinseco esse, qui precipue ex duob[us] mouebantur. Primo quidem, quia cum formæ non habeant materiam partem sui, non potest fieri ex nihilo, unde oportet quod a creante sicut. Secundo, quia in reb. inferiorib[us] non videbant principia actionum, nisi qualitates actiue & passiuæ, quas iudicabant insufficientes ad productionem formarum substantialium, cu[m] nihil agatur intra suæ spem. Sed in hoc videtur fuisse decepti, q[uod] attri-

QVODLIBET. IX. ART. XII. ET XIII.

attribuebant fieri proprie ipsis formis, cu tamē fieri non sit nisi compositi, cuius etiam proprie est esse. Formæ n. esse dicuntur non ut substantes, sed ut quo composita sunt; unde & fieri dicuntur non propria factio, sed per factioem suppositorum, quæ transmutantur transmutatione materiæ de potentia in actum; unde sicut cōposita sunt per agentia naturalia, ita etiam forme que non sunt substantes. Qualitatæ autem actiue, & passiuæ agunt ad formas substancialias in uitute substancialium formarum, quarum sunt instrumenta, sicut calor ignis agit ut instrumentum animæ nutritiæ, ut dicitur in 2. de anima. Anima autem vegetabilis & sensibilis non sunt forme substantes, alias remaneret post corpora, unde oportet quod fiant a generante per actionem cōpositorum, sicut, & ceteræ forma materialis; sola autem anima intellectuæ que habet esse substantia, cum maneat post corpus, est ab extrinseco per creationem. Si autem sensibiles, & vegetabiles, & intellectuæ in homine in diuersis substantiis aīe radicantur, tunc & vegetabilis, & sensibilis hominis in generante erit. Sed quia hæc opinio repugnat dictis philosphorum, q. in uno animato unam animam tantum posuerunt, ad q. omnes operationes animæ pertinent, & etiam contra dicta sanctorum improbatum pluralitatem animalium, ut in pater in lib. de ecclesiasticis dogmatibus: id approbatum quod in homine sit tūtum una substantia aīe, cuius potentiae sunt vegetatiuum, sensituum, & intellectuæ, dicimus quod anima hominis, quæ omnes has potentias animæ subiungit, a Deo creatur, quantum per operationem naturalis agentis fiat, ut corpus organizatum actu perficiatur per potentias, quæ sunt corporalium partium actus.

AD PRIMVM ergo dicendum, q. anima vegetabilis & sensibilis non sunt substantia uiuentes, si cut nec substantes, sed sunt principia uiuendi & essendi: & iterum non oportet si quid minus nobis sit a Deo immediate, quod etiam quod est magis noble, quia Deus cum non habeat limitatam uitatem, nec agat necessitate nature, potest agere & nobiliore, & minus nobilia secundum suam voluntatem: sicut immediate produxit prima individua brutorum animalium, quib. tamen homines, qui nunc generantur ex semine, nobiliores sunt.

AD SECUNDVM dicendum, q. anima sensitiva non conuenit per se esse, nec fieri, nec operari: nulla enim est actio animæ, in qua corpus non communiceat. Est. n. duplex potentia motu animæ sensitiva, una q. imperat, s. appetitiva, cuius actus constat, quæ affixus muscularis & nervis est principium mobilitatis in eis, sed ipsa distinctione partium corporaliū facit, quod una pars animalis est mouens, & alia mota, & ita possunt moueri ex se.

Alia, quæ sunt in contrarium, concedimus, nisi quantum pertinet ad hominem, in cuius semine quamvis præcedat vegetativa, & sensitiva anima imperfecta, cum illis cestantibus introducatur per creationem anima rationalis, quæ perfecte continet quod in eis erat imperfectionis. Nam secundum Anticenn. in generationem animalis ex semine interueniunt multæ generationes, & corruptiones.

ARTICVLVS XII.

Vtrum imperare sit actus rationis.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod imperare sit actus rationis, quia phil. dicit i. eth. Rauo recte, & ad optimam deprecatur, & obedi-

Fei quod est continentis. ergo imperare, & deprecari, & huiusmodi intenduntur ad rationem pertinere. **SED CONTRA.** Imperare ad dominium pertinet: sed nos sumus domini nostrorum actuum per voluntatem. ergo imperare est actus voluntatis,

RSPON. Dicendum, quod in imperio diuocurrunt, quorum unum est rationis, aliud voluntatis. Qui, enim, imperat aliquid, inclinat ad faciendum quod voluntatis est: ipsius enim est mouere per modum ageris, & iterum ordinat cum cui imperat, ad exequendum illud quod imperatur, & hoc ad rationem pertinet, cuius est ordinare. Eris duorum horum ordo consideretur, vide premium esse inclinatio voluntatis in aliquid per electionem, & postea in principio executionis ordinatur per quos fieri debet quod electum est, & sic imperium erit immediate actus rationis, sed voluntatis quasi primo mouentis.

Et per hoc patet solutio ad obiecta.

QVÆSTIO VI.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum charitas per suam essentiam augetur.

DEINDE queritur quantum ad gratiam penitentie, utrum charitas secundum suam essentiam augetur, & uidetur quod non. Cum. n. augmentum sit quædam mutatio, vel variatio, quod secundum essentiam augetur, s. m. essentiam variat, vel maturat: sed quod mutat, vel variatur secundum suam essentiam, aut generatur, aut corruptitur. ergo si charitas secundum essentiam augetur, corruptitur: non aut generatur cum prius fuerit.

Propter. Charitas non habet quantitatem nisi virtutem, sed uirtus charitatis est ipsa essentia eius, ergo quantitas charitatis est essentia eius, non ergo potest quod uarietur quantitas charitatis sine variatione essentia eius, & sic si augetur secundum suam essentiam, oportet quod esse eius vel generetur, vel corruptatur.

SED CONTRA. Premium essentiale responderet ipsi essentia charitatis: sed quidam proficiunt ad maius premium essentiale, ergo in eis charitas secundum essentiam augetur.

RSPON. Dicendum, quod charitas secundum suam essentiam augetur: sed nonandum est, quod hæc præpositio, secundum, uarias habitudines importat, quandoque denotat subiectum, ut cum dicitur, iste est albus secundum pedem, quia pes est subiectum albedinis: quandoque uero formam, ut cum dicitur, iste est coloratus secundum albedinem. Cum ergo dicitur aliquid secundum hoc modum, potest intelligi vel subiectum, vel forma. Cū enim dicitur, iste mouetur secundum manum, notatur subiectum motus. Cum vero dicitur, iste mouetur secundum locum, notatur id, quod forma. liter specificat motum. Sic ergo cum dicimus charitatem secundum essentiam augetur, denotatur subiectum augmenti, ut sit sensus. Ipsa essentia charitatis augetur: sicut cum dicimus, album augetur secundum essentiam suam, non autem designatur forma specificans motum, ut sit sensus, augetur secundum essentiam, i. augmentum eius est motus in esse, vel in essentia, & sic dicitur augmentum esse secundum quantitatæ. Et quāvis quantitas charitatis, quæ est uirtus, sit idem quod essentia charitatis, non tamen oportet: q. essentia charitatis tollatur, quia

12. q. 17. art. r.
v. 3. i. p. q. 1.
art. jadara

quia est in augmento corporali ipsa essentia quantitatis non tollitur, cum semper maneat dimensio interminata, sed secundum diuersas terminaciones quas recipit, sit mutatio de parvo in magnum, quae est augmentationem, ita etiam ipsa uirtus charitatis non tollitur per essentiam suam, sed uariatur terminatio eius. Omnis autem forma recepta in aliquo subiecto terminacionem recipit secundum capacitatem recipientis; unde quando subiectum charitatis magis disponitur ad charitatem, scilicet ad congregacionem sui ad Deum, tanto maiorem participat charitatem, & sic charitas secundum suam essentiam augeri dicitur.

Et per hoc pater solutio ad obiecta.

QVÆSTIO VII.

DEINDE queritur de his quæ pertinent ad culpam.

¶ Et queruntur duo,

¶ Primo, Vtrum Petrus negando Christum peccat mortaliter.

¶ Secundo, Vtrum habere plures præbendas sine cura animarum absque dispensatione sit peccatum mortale.

ARTICULUS XIII.

Vtrum Petrus negando Christum peccauit mortaliter.

CIRCA primum sic proceditur. Videtur, quod Petrus negando Christum non peccauit mortaliter. Dicitur quædam gl. quod peccatum per surreptionem: sed peccatum per surreptionem est ueniale, & non mortale, unde primi motus qui per surreptionem fuit, sunt peccata uenialia. ergo peccauit tantum uenialiter.

¶ Præterea Bernardus dicit in lib. de dilectione domini, quod in Petro charitas fuit sopia, non extincta: sed per peccatum mortale charitas extinguitur. ergo Petrus non peccauit mortaliter.

SED CONTRA est, quod Gregorius dicit in mora. qd Petrus ab ipsis fauibus diaboli eripitur: sed in favibus diaboli non est alius nisi per peccatum mortale. ergo Petrus peccauit mortaliter.

RESPON. Dicendum, quod absque dubio Petrus peccauit mortaliter negando Christum, quod quidem patet ex duobus. Primo, quia negauit fidem in loco ubi periclitabatur, & eius confessio requiebat. Orem enim confessio sit ad salutem, ut dicitur ad Romam. io. in quo uidetur quod sit de necessitate salutis confessio fidei in calu predicto, & sic præcipue mendacium in his quæ fidei sunt, est periculum maximum, secundum Augu. in lib. de mendacio. Secundo, quia defectus confessionis & mendacio addidit perjurium & blasphemiam, quia ut dicitur Martha. 6. Coepit detestari & iurare, quia non nouissim hominem, quia constat esse grana peccata. Unde gl. dicit ibidem. Tertio cepit detestari, & iurare, quia non nouisset hominem, quia perfuerat in peccato dat incrementum secerum, & qui minima tamen permit, cadit in maiora.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd surreptio dupliciter accipitur. Uno modo, secundum qd opponitur deliberationi, & sic primi motus dnt esse surreptiti, & sic Petrus ex surreptione non peccauit. Alio modo, secundum qd oppositum electioni, & sic Petrus ex surreptione peccauit, qd non peccauit

A ex electione quasi ex certa malitia, sed ex passione timoris: talis autem surreptio non excusat a mortali, sicut patet in incontinenti, qui fornicatur mortuus concupiscentia, cum tamen haberet propositionem continendi.

AD II. dicendum, quod Ber. improprie loquitur & eius uerbum ut uerificetur, est intelligendum de quadam dilectione familiaritatis, quam petrus ad Christum conceperat, quæ in eo manutinet post negationem, uel si intelligatur de charitate gratuita, intelligendum est, quod non fuit extincta secundum prædestinationem diuinam, quæ eius poenitentiam præparabat, quamuis sit in se extincta secundum actum.

ARTICULUS XV.

Vtrum habere plures præbendas sine cura animarum absque dispensatione sit peccatum mortale.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod habere plures præbendas sine cura animarum abique dispensatione sit peccatum mortale. Quicumque enim facit contra statutum concilii, peccat mortaliter: sed qui habet plures præbendas facit contra statutum concilij generalis, ergo peccat mortaliter. Probatio medie, dist. 7. dñ in quodam decreto Urbani papæ, quod incipit. Sæcularium canonum. Omnino aliquem in duabus ecclesiis tituli non licet, sed uulnus in qua titulus est, in ea tantum canonicas habeatur. Licit enim episcopus dispositione vnu diuersis praeseat, posset ecclesiis canonicus tamen præbendarius, nisi unius ecclesie in qua conscriptus est, etc. non debet.

¶ 2. Præterea, dicit quoddam decretum septime synodi. Clericus ab instanti tempore in duabus non connumeretur ecclesiis, negotiationis, n. est hoc, & turpis lucri commodum, & ab ecclesiastica conuentione penitus alienum, & sic idem quod prius. ¶ 3. Præterea Chrysostomus dicit, quod tenebra erubuit, lumen erubescat, quod figura non fuit cœcessum, rei reor est illicitum: figura autem non fuit concessum, qd inter Leuitas qui capiebat in Bethleem, caperet in Hierusalem. ergo cum perfectiores esse deamus, qui capit in Tyro, non capit in Damasco.

¶ 4. Præterea Bernardus dicit. Qui non unus, sed plures est in beneficiis, non unus, sed plures erit in suppliciis: sed qui hæc plures præbendas, plures est in beneficiis, ergo plures erit in suppliciis, & sic gravissime peccat.

¶ 5. Præterea. Quicumque committit se diuini, & periculo peccati mortalis, peccat mortaliter: iste est huiusmodi, quia recipiendo plures præbendas iurat statuta utriusque ecclesie, in quibus præbendatur, quæ aliquando non possunt limul feruari, utpote si eodem tempore voceretur ad electionem in utraque ecclesia, uel ad aliquam ecclesie negotia peragenda, & præcipue, si sit causa inter duas ecclesiias, cum utrique teneatur. ergo videtur quod peccet mortaliter.

SED CONTRA est, quia illud quod uergit in cœpericulum, non est ab ecclesia sufficiendum: sed ecclæsia sufficeret ut aliqui cōtiter habeant duas præbendas. ergo in hoc non est periculum peccati mortaliter.

¶ 6. Præterea. Licitum est aliqui patrimonium habenti præbendam accipere: sed maior est conuenientia inter ecclesiastica beneficia, quam iter patrimonium & præbendam. ergo etiam licet habenti unam præbendam, accipere aliam.

RESPON. Dieendum, quod oīs questione, in qua de mortali peccato queritur, nisi expresse ueritas habatur,

QVODLIBET. IX. ART. XVI.

D. 384. beatur, periculose determinatur; quia error, quo non creditur esse peccatum mortale, quod est peccatum mortale, conscientiam non exsuffata toto, licet forte a tanto. Error vero, quo credit esse mortale, quod non est mortale ex conscientia ligata ad peccatum mortale. Principia autem periculi sunt est, ubi veritas ambigua est, quod in hac questione accidit. Cum enim haec quaestio ad theologos pertineat, in quantum dependet ex iure divino, vel ex iure naturali: et ad iuristas, in quantum dependet ex iure positivo, inuenientur in ea theologi theologis, & iuristi iuris contraria sentire. In iure namq. diuino non inuenientur determinata expressa, cum in sacra scriptura expressa mentio de ea non sit, quamvis ad eam argumenta ex aliquibus auctoritatibus, scripture forte adduci possint, quae tamen non iudeantur auctoritatem ostendunt. Determinando uero ea secundum ius naturale, sic videtur ad praesens de ea dicendum, quod actionum humanarum multiplex est differentia. Quædam enim sunt, quæ habent de formitate inseparabilitatem, ut fornicatio, adulterium, & alia huiusmodi, quæ nullo modo bene fieri possunt, de numero talium non est hære plures præbendas, alias in nullo caso dispensatio nem recipere possit, quod nullus dicit. Quædam uero sunt actiones, quæ de se in differenter sunt ad bonum, vel malum, ut lenare festucam de terra, vel aliquod huiusmodi, inter quarum numerum quidam computant habere plures præbendas, dicentes. Ita licitum est habere plures præbendas, sicut habere plura poma. Sed hoc non videtur esse uerum, cum hoc, quod est habere plures præbendas, plurimas in se inordinaciones contineat, utpote, quia non est possibile aliquem in pluribus ecclesiis deseruire, in quibus est præbendatus, cum præbenda uideatur esse ordinata quasi quedam stipendia Deo ibidem ministratur. Sequitur etiam diminutio cultus dominii, dum unus loco plurimi instituitur. Sequitur etiam in aliquibus defraudatio voluntatum testatorum, qui ad hoc aliquam bona ecclesiis cõtulerunt, ut certus numerus Deo deservientium ibi esset. Sequitur etiam inæqualitas, dum unus pluribus beneficiis abundat, & alius nec unum habere potest, & multa alia huiusmodi quæ de faciliter patent: unde non potest contineri inter indiferentes actiones, & multo minus inter eas, quæ sunt secundum se bona, ut dare elemosynam, & huiusmodi. Sunt vero quædam actiones, quæ absolute considerate deformitatem, vel inordinacionem quædam important, quæ tamen aliquip. circunstantijs aduenientib. bonum efficiuntur, sicut occidere hominem, uel persecutere, in se deformitatem quædam importat, sed si addatur, occidere male factorem propter iustitiam, vel persecutare delinquentem, et disciplinam, non erit peccatum, sed uirtus. In numero harum actionum uis est habere plures præbendas. Quamvis enim aliquas in ordinaciones contineat, tamen aliae circumstantie possunt superenire, ita honestantes aetum, quod prædictæ in ordinaciones totaliter evanescunt, utputa, si sit necessitas in pluribus ecclesiis eius obsequio, & possit plus servire ecclesia, uel tamquam absens quam alius praesens, & si quæ alia sunt huiusmodi, & tunc istis conditionibus superenientibus cum recta intentione non erit peccatum, etiam nulla dispensatione interveniente, si consideretur tantum ius naturale, quia dispensatio ad ius naturale non pertinet, sed solum ad positivum. Si uero aliquis hac intentione plura beneficia

F habeat, ut sit dicitur, ut laetus viuas, & ut facilis ad episcopatum perueniat in aliqua ecclesiarum vbi est præbendatus, non tolluntur prædictæ deformitatis, sed augentur, quia eis tali intentione, & vni beneficium habere, quod nullam in ordinatione importat, est illictum, & sic quidem esserendum secundum ius naturale, etiam nullo iure positivo superuenienti. Nunc autem etiam est per antiqua iura hoc esse prohibitum: patet etiam huic probationi consuetudinē, nē esse contrarium, quæ quidam dicunt illa ita esse abrogata. Nam per consuetudinem confunduntur iura humana abrogata. Quidam uero dicunt per hanc consuetudinem antiqua iura non abrogari, eo quod quædam decretalis &c. Multa per patientiam tolerantur, qui si in iudicium fuerint deducta, iustitia cogentia parentur, & hec controversia iuris est relinquenda, quamvis hoc videatur esse probabile, & quantum ad hoc quod iura illa antiqua continent, ius naturale abrogari non possit per contrarium consuetudinem, vi poe iurisdictionem. Quamvis autem ad hoc quod solum de iure positivo continet, possit esse abrogata, præcipue si similitudine hanc contrariari consuetudinem, in quorum potestate est ius positivum mutare, intendunt per talis dissimulationem antiqua iura mutare. Si ergo antiqua iura, quæ hoc prohibent, in suo robore maneat, contraria consuetudine non obstante, certum est non posse aliquem plures præbendas habere abs dispensatione, etiam illis circumstantijs superenientibus, quæ secundum considerationem iuri naturali actum porerant honestare. Si autem antiqua iura sunt per consuetudinem abrogata, tunc predictis circumstantijs superenientibus est sine dispensatione licitum est plures præbendas habere, sine quib. circumstantijs licitum non est, quamvisque dispensatio interueniat, eo quod dispensatio humana non anferat ligamen iuri naturali, sed loquitur, & per hominem dispensari potest.

Ere his de facili potest patere responso ad obiecta.

ARTICVLVS. XVI.

Vtrum omnes sancti, qui sunt per ecclesiam canonizati, sint in gloria, uel aliqui eorum in inferno.

D EINDE queritur, quantum ad gloriam pertinet, utrum omnes sancti, qui sunt per ecclesiam canonizati, sint in gloria, uel aliqui coram sint in inferno. & uidetur quod aliqui possunt esse in inferno de his, qui sunt in ecclesia canonizati. Nullus enim potest esse certus de statu aliorum, sicut ipse net de se, quia quæ sunt homini nemo nouit, nisi spiritus hominis qui est in ipso, ut dicitur 1 Corint. 2. sed homo non potest esse certus de se ipso, verum sit in statu salutis. dicitur enim eccl. 9. Nemo scit, utrum sit dignus odio, uel amore, ergo multo minus Papa scit, ergo potest in canonizando errare.

Pra. Quicumque in iudicando innititur medio fallibili, potest errare: sed ecclesia in canonizando sanctos innititur testimonio humano, cum inquirat per testes de uita, & miraculis, ergo cum testimonium hominum sit fallibile, uidetur quod ecclesia in canonizando sanctos possit errare.

SED CONTRA. In ecclesia non potest esse error damnabilis: sed hic est error damnabilis, si ueneratur tanquam sanctus, qui fuit peccator, quia aliqui scientes peccata eius, crederent hoc esse falsum, & si

ita contigerit, possent ad errorem perduci. ergo Ecclesia in talibus errare non potest.

¶ 2 Præt. Aug. dicit in epistola ad Hiero. q̄ si in scriptura canonica aliquid mendacium admittatur, nutabat fides nostra, quæ ex scriptura canonica dependet; sed sicut tenemus credere illud quod est in sacra scriptura, ita illud quod est communiter per Ecclesiam determinatum, vnde hæreticus iudicatur qui sentit contra determinationem conciliorum. ergo cōmune iudicium Ecclesiæ erroneum esse non potest, & sic idem quod prius.

R E S P O N S O. Dicendum, q̄ aliquid potest iudicari possibile secundum se consideratum, quod relatum ad aliquid extrinsecum impossibile invenitur. Dico ergo, q̄ iudicium eorum qui presunt Ecclesia potest errare in quibuslibet, si personæ eorum tñ respiciatur. Si vero consideretur diuina prouidentia, qua Ecclesiam suam Spiritus sancto dirigit, vt non erret, sicut ipse promisit, Ioan. 14, quod spiritus adueniens doceret omnem veritatem de necessarijs, scilicet ad salutem, certum est q̄ iudicium Ecclesiæ vniuerſalis errare in his, quæ ad fidem pertinent, impossibile est. Vnde magis est standum sententia Papæ, ad quem pertinet determinate de fide, quam in iudicio profert, quām quorūlibet sapientum hominum in scripturis opinioni, cum Caiphas, quāmuis nequam, tamē quia Pontifex, legatur etiam inscius prophetasse, Ioan. 11. In alijs vero sententijs, quæ ad particularia facta pertinent, vt cum agitur de postfisionibus, vel de criminibus, vel de huiusmodi, possibile est iudicium Ecclesiæ errare propter falsos testes. Canonizatio vero sanctorū medium est inter haec duo: quia tamen honor quem sanctis exhibemus, quādā professio fidei est, qua sanctorū gloriam credimus, pie credendum est, quōd nec etiam in his iudicium Ecclesiæ errare posit.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ Pontifex, cuius est canonizare sanctos, potest certificari de statu alii cuius per inquisitionem vita, & attestacionem miraculorum, & præcipue per instantium Spiritus sancti, qui omnia scrutatur, etiam profunda Dei.

AD SECUNDVM dicendum, quod diuina prouidentia præseruat Ecclesiam, ne in talibus per fallibile testimonium hominum fallatur.

Finis noni quodlibeti.

INCIPIT QVODLIBET DECIMVM.

QUESTIONES PRIMÆ.

V A E S I T U M est de Deo, angelo, & anima.

¶ De Deo quæsita sunt tria.

¶ Primò, De eius vnitate.

¶ Secundo, De eius iudicio.

¶ Tertio, De eius sacramento.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum vnitatis aliquid positive dicat in diuinis, & non remotionem tantum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod vnitatis aliquid positive dicat in diuinis, & non

A remotionem tantum, secundum opinionem Magistrorum. Ex priuationibus enim non constituitur res aliqua: sed ex vnitatibus constituitur numerus, qui est res, cum sit species quantitatis. ergo vnitatis non dicitur secundum priuationem tantum.

¶ 2 Præt. Numerus sequitur distinctionem. Si ergo vnitatis, & numerus in diuinis non dicent rem aliquam, non esset in diuinis realis distinctio, quod est hæretis Sabelliana.

¶ 3 Præt. Si vnitatis, & numerus in diuinis dicuntur solummodo remotive: per vnitatem autem nihil aliud videtur remoueri quam numerus, nec per numerum aliud quam vnitatis, sequitur q̄ vtrumq; istorum in diuinis dicatur secundum negationem negationis: sed negatio negationis nō est, nisi secundum rationem tantum. ergo vnitatis, & numerus non essent realiter in diuinis, quod est inconveniens: & sic vnum & numerus aliquid positivè dicunt in diuinis.

S E D C O N T R A. Omne quod prædicatur de aliquo, prædicatur de eo sive propriam rationem: sed ratione vni in negatione cōsistit. Est enim vnu, quod non dividitur sive Philosophum. ergo de Deo prædicatur secundum remotionem tantum.

¶ 2 Præt. Secundum Philosophum in 10. Meta. vnu & multa opponuntur, sicut priuatio, & habitus: priuatio autem dicitur per remotionem tantum, ergo vnum, quod inter prædicta duo tenet locū priuationis dicitur per remotionem tantum.

¶ 3 Præt. Vnum supra ens, non addit aliquid sive rem, quia sic res nō esset vna per suam essentiam, addit ergo aliquid secundum rationem tantum: sed quod est secundum rationem tantum, vel est negatio, vel relatio. Cum ergo vnum supra ens non addat aliquam relationem, quia ad aliquid nec dicitur, videtur q̄ addat negationem.

R E S P O N S O. Dicendum, q̄ vnum quod est principium numeri, de necessitate aliquid positivè dicit in eo, cui attribuitur, quia cum ex vnitatibus numerus constituantur, nisi vnitatis res aliqua esset, numerus res esse non posset, & sic non posset poniri in aliquo genere tamquam species. Si ergo vnum, quod conuertitur cum ente, sit idem, quod vnum, quod est principium numeri, oportet q̄ etiam vnum, quod conuertitur cum ente, aliquid positivè superaddat enti, & hoc concedit Auicenna, vnde vult, q̄ vnum, quod conuertitur cum ente, addat supra ens aliquid, quod ad genus mensuræ pertineat. Sed hoc nō potest esse, quia cum vnum, quod conuertitur cum ente, de qualibet re dicatur, oportet q̄ etiam illa res quā addit supra ens, sit vna, & sic, vel erit vna per aliquā vnitatem additam, & ita erit processus in infinitū, vel erit vna per essentiam suam, quod si est, stādum est in primo, vt sensu ipsum dicatur vnum per essentiam, non per aliquam rem additam. Sic ergo intellectum est secundum opinionem Aristotelis, &

E Commentatoris eius, q̄ vnum, quod conuertitur cum ente non superaddit enti rem aliquam, sed solum negationē divisionis: & sic huiusmodi vnu, & ponit aliquid in quantum in suo intellectu includit ens, & dicitur remotive quantum ad id, quod superaddit enti. Vnum vero, quod est principium numeri, quod superaddit enti aliquid de genere mensura, & similiiter numerus cuius est principium, inueniuntur in rebus habentibus dimensionem, quia talis numerus causatur ex divisione continui, & hic numerus, s. ex divisione continui causatus, est subiectum Arithmeticæ, etiam secundum Auicennam. Quodlib. S. Tho. I Nulla

T. p. q. 11. a.
6. Phy. tex.
com. 25. & 5.
Meta. tex.
com. 11. 16.